

## Psalmus responsorius

Ps 21, 26b-27. 28 & 30. 30c-32 (R̄.: 26a)

R̄. Apud te, Dómine, laus mea in ecclésia magna.

vel:

Allelúia.

<sup>26b</sup> Vota mea reddam in conspéctu timéntium eum.

<sup>27</sup> Edent páuperes et saturabúntur,  
et laudábunt Dóminum, qui requírunť eum:  
«Vivant corda eórum in sáeculum sáeculi!». R̄.

<sup>28</sup> Reminiscéntur et converténtur ad Dóminum  
univérſi fines terræ,  
et adorábunt in conspéctu eius  
univérſæ famíliæ géntium.

<sup>30</sup> Ipsum solum adorábunt  
omnes, qui dórmiunt in terra;  
in conspéctu eius prócident  
omnes, qui descéndunt in púlverem. R̄.

Anima autem mea illi vivet,  
<sup>31</sup> et semen meum sérviet ipsi.  
Narrábitur de Dómino generatióni ventúræ,

<sup>32</sup> et annuntiábunt iustítiam eius  
pópulo, qui nascétur:  
«Hæc fecit Dóminus!». R̄.